

BOLETIN



OFICIAL

DEL

OBISPADO DE LEÓN

SECCION OFICIAL

NOS EL OBISPO,
DEÁN Y CABILDO DE LA SANTA IGLE-
SIA CATEDRAL DE LEÓN

HACEMOS SABER: Que se halla vacante en esta Santa Iglesia un Beneficio, cuya provisión corresponde á la Mitra, y al cual, en virtud de lo dispuesto por la Real Orden concordada de 23 de Abril de 1908, se le ha unido el cargo de Organista, pasando en su virtud á ser de oficio. Y debiendo proveerse como los demás de su clase conforme á lo ordenado en la citada Real Orden, hemós acordado convocar á oposición dentro del término de cuarenta días á contar desde el de la fecha y prorrogable á nuestra voluntad.

Los ejercicios que deberán practicar los aspirantes y que tendrán lugar ante una Diputación nuestra y bajo la dirección y censura de examinadores nombrados al efecto, serán los siguientes:

- 1.º Tocar una pieza orgánica de libre elección.
- 2.º Armonizar por escrito un bajete en el término de dos horas.
- 3.º Ejecutar en el órgano, con cinco minutos de preparación, un bajete y luego trasportarlo al tono que se designe.
- 4.º Improvisar tres versos de vísperas en conformidad al tono de la antífona que, escogida por los señores examinadores, se cantará en el coro, uno haciendo oír la *entonación, mediación y terminación* del Salmo; otro de estilo fugado sobre la terminación del mismo y el tercero de estilo suelto.

Por tanto llamamos á todos los que, siendo Presbíteros ó en aptitud de serlo *intra annum*, y hallándose adornados de las condiciones que para estos beneficios exige el último Concordato, quisieren oponerse al referido Beneficio, para que dentro del término señalado comparezcan por si ó por su procurador ante el infrascrito Secretario Capitular, los cuales, para ser admitidos á la firma, deberán presentar, con la correspondiente solicitud, los siguientes documentos: 1.º La fé de Bautismo, legalizada en forma notarial, ó por el Provisor de la Diócesis: 2.º Letras testimoniales de su respectivo Prelado y permiso del mismo para tomar parte en esta oposición: 3.º En el caso de que el opositor no fuese aún Presbítero, los documentos que acrediten su instrucción y aptitud para serlo *intra annum*.

El agraciado, además de las obligaciones comunes á todos los Beneficiados de esta Santa Iglesia

en lo que sean compatibles con su oficio, tendrá la de tocar el órgano en todos los días y ocasiones que se acostumbre en esta Santa Iglesia, y que en adelante se determinare para el mayor esplendor del culto divino, lo propio que en las funciones extraordinarias que, con asistencia del Cabildo se celebren en la Iglesia Catedral, ó fuera de la misma, aunque sean ordinarias; deberá atender y cuidar con esmero el órgano, afinarlo siempre que convenga y avisar al Administrador de Fábrica cuando necesite algún reparo; enseñará á tocar dicho instrumento á los niños de coro que demuestren disposición ó inclinación á ello, ejercer sin retribución alguna el cargo de Juez ó Censor de oposiciones, cuando el Cabildo le designare, y cumplir todas las demás obligaciones que, con referencia al mismo, se consignan ó se consignaren en lo sucesivo en los Estatutos ó Reglamentos de esta Santa Iglesia; finalmente deberá dejar á sus espensas y á satisfacción del Cabildo quien le sustituya en ausencias y enfermedades, cuando no hubiere ayudante de organista ó estuviere sin proveer esta plaza.

El obtentor de este Beneficio percibirá la asignación señalada en el Concordato en el término y forma que se paguen las demás del personal de esta Santa Iglesia y gozará de todas las consideraciones debidas á los individuos de su clase.

Y para que llegue á noticia de las personas á quienes pueda interesar, expedimos el presente en León á veintitres de Mayo de mil novecientos diez.

† **RAMON**, Obispo de León.—Dr. *Joaquín*

Rodríguez, Deán.—*Pedro Serrano, Canónigo* ant.
—Por acuerdo del Excmo. Sr. Obispo, Deán y
bildo, Dr. *Ricardo Canseco, Doctoral-Srio.-Capit.*

EDICTO convocando á oposición de un Bene-
con cargo de Organista en la S. I. Catedral
León, con término de cuarenta días que termi-
el 1.º de Julio de 1910.

SECRETARIA DE CÁMARA Y GOBIERNO DEL OBISPADO

EJERCICIOS ESPIRITUALES

Las dos tandas de ejercicios espirituales, para
Clero de la Diócesis, tendrán lugar, la primera, des-
el día *cinco al catorce* y la segunda, desde el
diez y nueve al veintiocho inclusive del mes de J.
próximo, en el Seminario Conciliar de San Froil-
bajo la dirección de dos RR. PP. de la *Compañía*
Jesús, presidiendo una de ellas—D. m.—nuestro Il-
trísimo y Revdmo. Prelado.

Por tanto, y en cumplimiento de lo dispuesto
por Su Sría. Ilma. se encarga á los Sres. Arciprestes
lo hagan saber á los Sacerdotes todos de sus respec-
tivos distritos á fin de que se inscriban en la relación
de ejercitantes los obligados á asistir y cuanto
voluntariamente tengan intención de practicar
ejercicios; procurando que los señores inscritos
distribuyan, proporcionalmente, en las dos tandas

evitando así los inconvenientes que resultan, para el buen servicio de las parroquias y para la cómoda instalación de los ejercitantes en el Seminario, de no hacerse la distribución debida.

Las disposiciones dadas en años anteriores sobre materia de tanta importancia, cual es la de los Stos. ejercicios, y principalmente la solicitud con que el Clero legionense viene respondiendo, en general, á la invitación que, cada año, se le hace respecto al particular, excusan de reiterar encarecimientos de la abundancia de bienes espirituales encerrados en la práctica de los Stos. ejercicios y de esperar es que la asistencia á estos, en el presente año será sino más, tan nutrida y satisfactoria como en los precedentes.

León 31 de Mayo de 1910

DR. MANUEL GONZÁLEZ MACÍAS,
Magistral-Secretario.

Su Sría. Ilma. el Obispo, mi Señor, por conducto de esta Secretaría, hace presente á los señores Párrocos y Ecónomos de las Iglesias, que la instrucción 17 contenida en el edicto de Santa Visita de 30 de Abril último, al expresar, conforme á la Sinodal CLIII, que las cédulas que deben presentar los confirmandos, se conservarán cuidadosamente para extender después en el libro correspondiente los nombres y apellidos de los mismos, no envuelve alteración ni modificación alguna acerca de lo ordenado en la Sinodal CLV, la cual, al ocuparse expresa-

mente de las partidas de confirmación, señala
datos que en ellas han de consignarse y la forma
que las mismas habrán de extenderse.

León 30 de Mayo de 1910

DR. MANUEL GONZALEZ,
Magistral-Secretario.

Centenario de Balmes

Señores Socios inscritos

	PTAS. C
SUMA ANTERIOR	230
D. José M. ^a Lázaro	10
» Matías González Lafuente	10

Seminario de Valde ras

D. Eusebio Rodríguez	10
» Domingo Lasso	10
» Emilio Estébanez	10
» Segundo Espeso	10
» Nilo Rodríguez	10
TOTAL	300

(Se continuará)

SUSCRIPCIÓN en beneficio de los damnificados por las últimas inundaciones.

	<u>PTAS.</u>	<u>CTS.</u>
SUMA ANTERIOR	37	»
D. Dionisio Moreno Barrio, Párroco de Santa Marina.....	5	»
	<hr/>	
TOTAL.....	42	»

(Se continuará)

LISTA de los Socios adscritos á la Liga Eucarística sacerdotal.

- D. Emeterio Diez Escanciano, Párroco de San Pedro Cansoles.
- » Melecio Mayordomo, Párroco de Villalba de Guardo.
 - » Timoteo Oteruelo, Coadjutor de Villalpando.
 - » Victorino Llorente Diez, Párroco de Bustillo de Chaves.

Los pecadores públicos, los últimos Sacramentos y la sepultura eclesiástica

Así se titula un opúsculo, que dentro de pocos días verá la luz pública, escrito por el M. I. Sr. Dr. D. Tomás Muniz Pablos, Penitenciario de la S. I. C. de León.

En él se expone con claridad, solidez y elegancia de estilo la doctrina de los más famosos tratadistas de Teología Moral y derecho canónico respecto á los puntos, que el

título indica, sin omitir nada que sea conveniente para formar juicio exacto en materia tan discutida.

El Sr. Muniz trata la cuestión con la precisión característica y de principios, con razones á todos aspectos probados, deduce con inexorable lógica las consecuencias que necesariamente fluyen; sentando á continuación reglas prácticas, que los sacerdotes y especialmente párrocos pueden y deben seguir en los casos concretos hoy no infrecuentes.

El opúsculo, que por creerlo de gran utilidad, recomendamos con interés, constará de cien páginas, tiene esmerada impresión, escrupulosamente corregido por el autor y se venderá en el Seminario, al precio de 50 céntimos de peseta el ejemplar.

Junta Directiva de las Conferencias eclesiásticas

AVISO

A fin de facilitar el examen y calificación de las Conferencias, que se celebren en los diversos centros, se ruega á los Secretarios de los mismos que á la cabeza de la copia que han de enviar á la Secretaría de Cámara, consignen el Arciprestazgo á que pertenezca y el Centro en que oficialmente deban celebrarse, aunque por alguna causa accidental se hayan celebrado en otra parroquia del Centro de modo que en la primera línea de la copia que envíen aparezcan las siguientes notas; *Arciprestazgo de .. Centro de...*

También se advierte que los pliegos no es necesario que sean enviados por correo certificado; pues la segunda disposición del art. 11 del Reglamento no se refiere á los certificados de correo, sino á que el Secretario del Centro debe certificar que el pliego que envía es copia literal de la acta extendida en el libro correspondiente.

Asímismo se les recuerda á todos los Presidentes y Secretarios la obligación que tienen de enviar dichas copias, pues se ha notado que algunos Centros de algún Arciprestazgo, todavía no ha enviado ninguna.
León 24 de Mayo de 1910. —El Presidente, T. Muniz.



SECCION DOCTRINAL

Y DE VARIEDADES

Motu Proprio

DE CONCESSIONIBUS INDULGENTIARUM A. SUPREMA S.
CONGREGATIONE S. OFICII RECOGNOSCENDIS

Cum per Apostolicas Nostras Litteras *de Romana Curia* quae incipiunt: «*Sapienti Consilio*», III Kal. Jul. an. MDCCCXVIII datas, *universam rem de indulgentiis*, ideoque et curam circa rectam et prudentem earum moderationem et onus invigilandi super earumdem publicatione et impressione, *uni* Supremae Sacrae Congregationi Sancti Officii devolutam voluerimus; ad praecavendas dubitationes quascumque quae ex concessionibus hac in materia aliter quam per praefatam Sacram Congregationem forte obtentis facile oriri possent, utque omnibus plane constet de earundem authenticitate et efficacia, Suprema Nostra Auctoritate, motu proprio atque ex certa scientia, declaramus ac decernimus:

I.^o Indulgentias quascumque, sive generales sive particulares, quae non respiciant ipsas personas petentium tantum, a supradicta Suprema Sacra Congregatione Sancti Officii esse recognoscendas;

2.^o Idem dicendum de facultatibus concessis quibus sacerdotibus cuiuscumque gradus et dignitatis benedictione pia obiecta eisque adnectendi indulgentias et privilegia quocumque vel quibuscumque christifidelibus;

3.^o Concessionones indulgentiarum et facultatum, de quibus supra, vim habere tantum postquam Sacra Congregatio Sancti Officii illas authentice recognoverit;

4.^o Quoad praeteritas, demum, concessionones, eas efficaciam tantum habituras, si intra sex menses ab huius Nostri Decreti publicatione eidem Sacrae Congregationi exhibita ab eaque recognitae fuerint;

5.^o Idcirco impetrantes posthac huiusmodi concessionones teneri, sub poena nullitatis gratiae obtentae, exemplar eorumdem dictae Supremae Sacrae Sancti Officii Congregationi exhibere, ut rite recognosci ac ratae haberi possint.

Haec edicimus, declaramus, sancimus, contrariis quibuscumque, etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis, non obstantibus.

Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VII Aprilis MCMX, Pontificatus Nostri anno septimo.

PIUS PP. X.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

I

EX AUDIENTIA SSMI.

diei 5 Aprilis 1910

DECLARATIONES CIRCA DECRETUM «ECCLESIA CHRISTI», EDITUM DIE 7 SEPTEMBRIS 1909 «DE QUIBUSDAM POSTULANTIBUS IN RELIGIOSAS FAMILIAS NON ADMITTENDIS».

Circa Decretum Ecclesia Christi d. d. 7 Septembris 1909 De quibusdam Postulantibus in Religiosas Familias non admittendis, ab hac Sacra Congregatione Negotiis Religiosorum

Sodalium praeposita, sequentium dubiorum solutio expetita fuit:

I. An postulantes ad Novitiatum admissi ante publicationem decreti et in ipso comprehensi, valide ad professionem admitti queant, absque venia Apostolicae Sedis.

II. An ii, qui in aliqua Familia Religiosa primam tantum professionem emisserant ante publicationem decreti, valide admitti possint ad alteram professionem, scilicet solemnem in Ordinibus Regularibus, et perpetuam in ceteris Institutis, si in decreto comprehensi fuerint.

III. An valide et licite ad Novitiatu admitti possint postulantes, qui a Seminariis vel a Collegiis sive ecclesiasticis sive religiosis, vel a Novitiatu dimissi quidem non fuerunt *formaliter*, sed *aequivalenter*, id est, quos Superiores induxerunt vel hortati sunt, ut sponte discederent ne dimitterentur.

IV. An recipi valeant ii, qui professionem votorum temporaneorum in aliqua Congregatione emisserunt, sed, peracto tempore, eandem sponte non renovarunt.

Sanctissimus autem Dominus Noster Pius Papa X respondendum mandavit:

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative; sed Superiores sub gravi obligatione tenentur: *a)* opportunas, secretas iuratasque informationes exquirere Superiorum Seminarii, vel Collegii, vel Instituti religiosi *a quo*, circa veras causas exitus alumnorum, de quibus agitur; *b)* moraliter aliunde certos fieri et de bonis eorum religiosi moribus, et de solidae vocationis argumentis, et, si agatur de clericis candidatis, etiam de idoneitate litteraria. Et Superiores *a quo*, graviter onerata eorum conscientia, tenentur sincere et sub iuramento secretas huiusmodi informationes a Superioribus *ad quos* exquisitas transmittere.

Ad III. Valide quidem per se, sed omnino illicite. Et ad fraudes vel abusus e medio tollendos in re tanti momenti, Superiores nullum ex huiusmodi candidatis admittant, antequam per accuratas et secretas informationes a Moderatoribus Seminariorum, vel Collegiorum ecclesiasticorum sive religioso-

rum, vel religiosi Instituti, in quo novitii fuerunt, sub fide iuramenti habitas, certi omnino fuerint, candidatos, de quibus agitur, neque formaliter dimissos fuisse, neque aequivalenter. Quod si de candidatis clericis agatur, pariter constare debet de eorum idoneitate litteraria.

Ad. IV. Affirmative, praehabitis tamen iuratis informationibus, ut supra, in responsione ad II et III.

Contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus.

Fr. J. C. CARD. VIVES, *Praefectus.*

L. ✠ S.

D, L. JANSSENS, O. S. B., *Secretarius.*

II

EX AUDIENTIA SSMI.

diei 5 Aprilis 1910

DECLARATIO ET EXTENSIO DECRETI «QUUM MINORIS»

DIEI 15 IUNII 1909 EDITI

Quum in aliquibus Congregationibus et Institutis Religiosis non habeatur professio votorum perpetuorum, sed tantum vel temporalium, vel etiam merum iuramentum perseverantiae, aut peculiare quaedam promissiones, quibus alumni, peracta probatione, Instituto vel Congregationi ligantur, et quum decretum Sacrae Congregationis de Religiosis d. d. 15 Iunii 1909, quo nonnullae praescribuntur clausulae, Rescriptis saecularizationis perpetuae vel temporanae ac dispensationis votorum inserendae, expressae respiciat sacerdotes et clericos, in sacris constitutos, qui professionem votorum perpetuorum emisserunt; hinc dubium exortum est, utrum eisdem clausulis servandis teneantur sacerdotes et clericis in sacris constituti, qui non quidem professionem votorum perpetuorum, sed vel temporalium tantum, vel iuramentum perseverantiae,

vel peculiare quasdam promissiones, ad normam suarum Constitutionum, ediderant et ab eisdem dispensationem obtineant.

Sanctissimus autem Dominus Noster Pius Papa X respondendum mandavit:

Affirmative, si Religiosi votis temporaneis, vel iuramento perseverantiae vel supradictis promissionibus per sex integros annos ligati fuerint.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Fr. J. C. CARD. VIVES, *Praefectus*.

L. ✠ S.

D. L. Janssens O. S. B., *Secretarius*.

S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

I.

ROMANA ET ALIARUM

DUBIORUM CIRCA DECRETUM DE SPONSIALIBUS ET MATRIMONIO

In plenariis comitiis a S. Congregatione de disciplina Sacramentorum habitis, die 12 martii 1910, sequentia proposita fuerunt derimenda dubia nimirum:

I. Quid intellegendum sit nomine «regionis», seu in qua distantia debeant versari contrahentes a loco in quo est sacerdos competens ad assistendum matrimonio, ut hoc possit valide et licite iniri coram solis testibus ad normam art. VIII decr. «*Ne temere*».

II. Accidit non raro ut ob sacerdotum inopiam plures paroeciae ab uno tantum parrocho regantur, qui easdem omnes singulis mensibus invisere nequit. Sunt pariter quaedam amplae paroeciae, vicos etiam cum sacello pu-

blico valde dissitos continentes, qui infra mensem, tum ob viarum asperitatem, tum ob fluvium impetum lustrari a parochis nequeunt omnino, nec parochus a fidelibus adiungi potest. Quaeritur; *a)* Possintne fideles paroeciarum in primo casu, elapso mense quin parochus advenerit, valide ac licite matrimonium contrahere coram duobus testibus tantum, iuxta art. VIII; *b)* Quilibet vicus in secundo casu possitne tamquam «regio» haberi, ita ut ibi degentes facultate praefati art. VIII uti valeant.

III. Utrum valide matrimonium coram solis testibus ineat qui in «regionem», de qua art. VIII *in fraudem legis* se conferat.

IV. An possint adhiberi ut testes mali christiani atque adeo pagani in ordine ad observandas praescriptiones art. II, III, VII et VIII.

V. Quoad menstruam commorationem et vagos quaeritur: *a)* Utrum commoratio menstrua, de qua in art. V, § 2, sit accipienda *sensu relativo*, i. e., quoad eos qui alibi habent domicilium aut quasi-domicilium, an *sensu absoluto*, seu quoad illos qui nullibi praedictum domicilium aut quasidomicilium habent; *b)* Utrum parochus vel Ordinarius proprius, de quo eodem art. V, § 3, sit parochus vel Ordinarius commorationis menstruae sensu absoluto acceptae; *c)* Utrum nomine vagorum, de quibus art. V, § 4, ii omnes veniant qui destituuntur domicilio et quasidomicilio, an ii tantum qui, domicilio et quasi-domicilio destituti, praeterea nullibi habent parochum vel Ordinarium commoratione saltem menstrua acquisitum.

VI. Accidit ut parochorum coadiutores ab Episcopis nominentur, et quidem ex iure particulari facultate assistendi coniugiis non sint instructi; tamen usu venit ut, ab incepto officii exercitio, parochis non contradicentibus, sed irrequisita eorum licentia, matrimonii adsistant, in libris etiam matrimoniorum adhibentes solam sui ipsorum subscriptionem; imo praesertim in maioribus paroeciis semper vel fere semper matrimoniis adsistant. Quaeritur

in casu: *a)* An matrimonia coram coadiutoribus hucusque inita, tacentibus parochis, sint valida; *b)* Quatenus affirmative, an licite coadiutores se gerant in assistentia connubiis praestanda ab incepto officii exercitio, absque expressa parochorum delegatione; *c)* Utrum tolerari possit mos ut coadiutores omnibus vel fere omnibus matrimoniis in paroecia adsistant, an potius parochi urgeri debeant ad hanc adsistentiam ut plurimum et ordinarie per seipsos explendam, nisi legitima et gravi causa, onerata ipsorum conscientia, impediti fuerint, quo in casu deputationem coadiutoribus conferant et ita solitis verbis connubia in libris matrimoniorum describantur.

VII. Utrum per art. I decreti maneat abrogatum ius speciale ante illud decretum in Hispania vicens, et ad Americam Latinam extensum, vi cuius ad valorem sponsalium requirebatur scriptura publica *a notario* subscripta.

VIII. Utrum Ecclesiae regulares exemptae ad tenorem decreti existimari possint et valeant tamquam territorium parochi seu Ordinarii, in quorum territoriali districtu sunt sitae, ad effectum adsistentiae matrimonii.

IX. An et quomodo annuendum sit petitionibus quorundam Ordinariorum, nimirum: 1.º Episcopi Rosensis postulantis dispensationem ab obligatione imposita per art. IX, § 2, adnotandi in libro baptizatorum coniuges tali die in sua paroecia matrimonium contraxisse; 2.º Vicarii Apostolici Kiam-Si Orientalis postulantis dispensationem non solum ab obligatione adnotandi matrimonium contractum in libro baptizatorum sed etiam in libro matrimoniorum; 3.º quorundam Ordinariorum Sinensium qui quaerunt: Utrum responsum S. C. C. diei 27 Iulii 1908, ad VII, restringatur ad solos duos casus tunc in quaesito proposito; et, *quatenus affirmative*, postulant ut responsum extendatur ad alios casus verae necessitatis; 4.º Episcopi Mangalorensis qui postulat ut sibi facultas detur permitendi ut matrimonium celebratum in libro matrimoniorum describi possit a Sacerdote qui ex delegatione parochi adstitit quando parochus sit absens.

Et Emi. Patres ad huiusmodi dubia ita responderunt:

R. Ad 1.^{um} Matrimonium potest valide et licite contrahi coram solis testibus sine praesentia Sacerdotis competentis ad assistendum semper ac, elapso iam mense Sacerdos competens absque gravi incommodo haberi adiri nequeat.

Ad 2.^{um} Provisum in primo.

Ad 3.^{um} Affirmative.

Ad 4.^{um} Quoad qualitates testium a decreto «*Ne temere*» nihil esse immutatum.

Quoad 5.^{um} Ad *a* et *b*. Provisum per responsum quintum datum a S. C. Concilii die 28 Martii 1908.

Ad *c*: Nomine vagorum, de quibus art. V, § 4, veniunt omnes et soli qui nullibi habent parochum vel Ordinarium proprium ratione domicilii vel mensurae commorationis.

Quoad 6.^{um} Ad *a*: acquiescant, facto verbo cum SSmo ad *b*: serventur de iure servanda; ad *c*: quoad assistentiam matrimoniis a parochis personaliter praestandam Archiepiscopus pro suo iure urgeat si quae sunt de ea re lege Concilii Provincialis. Quoad descriptionem matrimonii celebrati servetur art. IX Decreti «*Ne temere*» et praescriptum Ritualis Romani.

Ad 7.^{um} Affirmative.

Ad 8.^{um} Affirmative.

Quoad 9.^{um} Ad 1.^{um} Non expedire et ad mentem. Mens est ut Ordinarius aliique ipsius cooperatores, quantum in Domino possunt, satagant illam perniciosam superstitionem ab animis fidelium avertere, qua ab usurpandis Sanctorum nominibus in baptismo receptis deterrentur. Deceant ipsos frequenter, idcirco nomina eis imponi Sanctorum, ut eorum exemplis ad pie vivendum excitentur et patrociniis protegantur. Parochis vero aliisque animarum curae praepositis sacerdotibus commendent, ut quamdiu illa perniciose superstitione eradicari non possit, omni, qua

valeant, diligentia libros parochiales conscribant, etiam adhibita opera aliorum, quorum industria ea in re iuvare posse credant. Quodsi in casu particulari verum nomen coniugati scire non poterunt, stante morali impossibilitate legem observandi, ea non obligantur.

Ad 2.^{um} Non expedire quoad utrumque et ad mentem Mens est: Ordinarios curare debere, ut a Missionariis regesta celebratorum matrimoniorum diligenter conficiantur et conserventur, eisque pro suo prudenti arbitrio praescribere cautines ad vitanda incommoda exposita, adhibitis etiam, si opus fuerit, signis conventionalibus.

Ad 3.^{um} Quoad 1.^{um} Negative; quoad 2.^{um} Provisum in primo.

Ad 4.^{um} Pro gratia prudenti arbitrio et conscientiae Episcopi.

Die autem 13 eiusdem mensis et anni SS^{mus}. Dominus Noster, audita relatione infrascripti Secretarii, supra relatas resolutiones ratas habere et approbare dignatus est.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus*

L. ✠ S.

Ph. Giustini, *Secretarius*

S. CONGREGATIO CONCILII

LUXEMBURGEN. (*Luxemburg*).

ELEEMOSYNAE MISSARUM.

Episcopus Luxemburgensis, datis ad S. C. Concilii litteris sub die 30 iulii exponebat ut sequitur:

«In dioecesi Luxemburgensi, ex consuetudine generali, «parochi suis vicariis relinquunt diversa iura stolae, uti sunt «emolumenta ex baptismo, ex benedictione mulierum post

«partum, etc. Aliam adhuc non parvam imminutionem parochialis congrua apud nos ex eo patitur quod, ex consuetudine immemoriali, vicarii, generatim non in domo parochialis habitantes, singulis Dominicis diebusque festivis necnon aliis occasionibus mensae parochi gratis assistunt. Insuper parochi maiorem sibi assumunt partem oneris hospitalitate et visitatione aegrotantium et pauperum presentientis quin vicarii ex hoc capite nimis graventur. Ex omnibus hisce largitionibus tractu temporum firmatis, congrua parochialis plus aequo diminueretur nisi exstaret aliquatenus compensatio, pariter ex consuetudine et tacito aeterni unanimes consensu parochorum et vicariorum introducta. Missis nempe cantatis, tum fundatis tum adventitiis, quarum in unaquaque parochia magnus exstat numerus, ideoque solo parochi resolvi nequeunt, parochi, cum vicariis eas committere cogantur, ab ea stipendii parte quae pro sacerdote celebrante vel in limine foundationis vel ab Ordine pro Missa adventitia cantanda statuta est, aliquid sibi retinent ad complendam congruam modo supradicto notabilem imminutam. Quod pactum tacitum, die 29 Aprilis 1898 a S. C. de Propaganda Fide ad normam cuiusdam respectu S. C. Concilii diei 25 Iulii 1874 pro fundatis Missis approbatum, post decretum *Ut debita sollicitudine* S. C. Concilii diei 11 Maii 1904 in animis plurimorum ecclesiarum rectorum graves excitavit dubitationes. Sunt qui post publicatum hoc decretum, cum magno congruae parochialis detrimento, vicariis suis totum stipendium solvunt, quin aliquid ex veteri consuetudine supra memorata immutare ausi fuerint, timentes ne excitent populi admirationem turbentque bonam pacem parochos inter et vicarios. Alii, praesertim rectorum quidam parochiarum magnarum, innixi responso S. C. de Propaganda Fide diei 29 Aprilis 1898, nil innovandum esse duxerunt, ne ad eas rei familiaris angustias deciderent aucta disproportione emolumentorum parochi et vicariorum impares fierent ad implendum obligationes receptas et statutum convenientes.

«Attentis hisce difficultatibus quibus apud nos premuntur
«parochi, a Sanctitate Tua humiliter peto ut, ad consulendum
«conscientiae parochorum, ad tuendam congruam parochia-
«lem, ad pacem ac concordiam parochos inter et vicarios ser-
«vandam et admirationem populi vitandam, praxim hucusque
«receptam approbare digneris, iuxta declarationes a S. C.
«Concilii exhibitas in *Monacen* 25 Iulii 1874¹, *Hildesien*.
«21 Ianuarii 1898 et responsum S. C. de Propaganda Fide
«diei 26 Aprilis 1898 in *Luxemburgen*».

Emi. Patres S. Congregationis Concilii in generalibus
comitiis die 26 Februarii 1910 respondendum censuerunt:

Attentis particularibus circumstantiis iisque perduranti-
bus, pro facultate retinendi vigentem praxim, facto verbo
cum SSmo.



¹ S. C. Concilii 25 Iulii 1874, Archiep. Monace.—In parochorum re-
ditibus etiam Missarum fundationes, singularum parochiarum proprie, et pu-
blicae functiones occasione exequiarum vel benedictionis matrimoniorum
peragenda numerantur, quibus pro Missis sive fundatis sive casualibus certa
stipendia ordinario maiora parochi assignantur, quae stipendia partem inte-
gralem beneficii parochialis constituunt. Quaeritur, utrum parochi impediti ce-
lebrationem harum Missarum alteri sacerdoti sic tradere debeant, ut totum
stipendium constitutum pro celebratione talium Missarum solvant, an potius
sufficiat ordinarium vel aliquanto maius ab Archiepiscopo statuendum, ita ut
quod supersit ab ipsis parochis, quibus Missae eadem in partem reddituum
assignatae sunt, tuta conscientia retineri possit.

R. Attento quod eleemosynae Missarum, de quibus in precibus, pro parte
locum teneant congruae parochialis, licitum esse parochi, si per se satisfacere
non possit, Missas alteri sacerdoti committere, attributa eleemosyna ordinaria
loci, sive pro Missis lectis sive cantatis.

S. CONGREGATIO RITUUM

MONITUM.

AD EDITORES LIBRORUM LITURGICORUM

I. In rubricis Generalibus Breviarii Romani tit. IX, post Festum Nativitatis B. M. V. inseri debet *Septem Dierum, Dominica tertia Septembris*.

II. In parte hyemali Breviarii Romani in Festo S. Thome Aquinatis, die 7 Martii, ubi legitur: «*Lectio IX, de Homilia etc.*», substituantur verba: «*In Quadragesima, Lectio de Homilia et comm. Feriae*».

III. In Rubrica Breviarii et Diurnalis quae invenitur 16 Septembris in Festo Ss. Cornelii et Cypriani Mm. et quae incipit: «*Si Festum Ss. Cornelii et Cypriani occurrerit Dominica, etc....*» et concluditur *in I Vesp. et Laud. tantum*, *in I Vesp. et* deleantur.

IV. In Missali Romano; tum in Festo Ss. VII Fundatorum, tum in Missa *Intret* de Communi plurim. Mart. i loco ad Graduale legendum; «*in generationem et generationem*» prouti legitur in textu S. Scripturae, Eccl. 44, 14.

V. In Rituali Romano, Benedictio novae Campanae quae ad usum Ecclesiae, sive Sacelli, inserviat, adprobata per Decretum S. R. C. 22 Ianuarii 1908, ponatur inter benedictiones reservatas in appendice, ante benedictionem simplicem novae Campanae, quae tamen ad usum Ecclesiae non inserta nuper reformatam.

VI. Item in Rituali Romano, Benedictio Officinae Librariae et Machinae Typographicae nuper adprobata Decretum 12 Maii 1909, inseratur inter benedictiones non reservatas in appendice, ante benedictionem Domus Scholaris novae erectae.

DECRETUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X, referente infrascripto Cardinali Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptas variationes Breviario, Missali ac Rituali Romano respective inserendas decrevit. Die 9 Martii 1910.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Ph. Can. di Fava, *Substitutus*



APOSTOLADO DE LA ORACIÓN

Y

ARCHICOFRADÍA DEL S. CORAZON DE JESÚS

Próximo á publicarse el catálogo de los centros del Apostolado de España suplicamos á los Sres. *Presidentes Locales* que rectifiquen las adjuntas notas que publica *El Mensajero del S. Corazón de Jesús*, si hubiere alguna inexactitud, y que los Centros locales que en este Boletín no se publican, envíen al Director Diocesano el número de asociados, para poder enviar los datos que nos transmitan al Centro general y ultimar los detalles del *catálogo general de España* que aparecerá muy en breve.

DIÓCESIS DE LEÓN

*Director Diocesano: D. Manuel González Macías,
Canónigo-Magistral.—Seminario Conciliar*

Abastas.....	7
Acera de la Vega.....	7
Aguilar de Campos.....	7
Añoza de Campos.....	3
Arenillas de Nuño Pérez.....	8
Arenillas de Valderaduey.....	6
Barcial de la Loma.....	13
Barniedo.....	16
Barrillos de Curueño.....	25
Barrio de Nuestra Señora.....	27
Barriosuso.....	18
Boada de Campos.....	3
Boadilla de Rioseco.....	16
Bolaños.....	27
Braña (La).....	50
Bustillo de Cea.....	30
Bustillo de Chaves.....	7
Cabrera de Almanza.....	97
Cabreros del Monte.....	300
Cabreros del Río.....	7
Calzada del Coto.....	150
Campo de Villavidel.....	150
Campo-Hermoso.....	33
Campo-Santibáñez.....	30
Canseco.....	30
Capillas de Campos.....	90
Carbajal de Rueda.....	120
Casasuerres.....	76

Castilfalé.....	30
Castromudarra.....	120
Castroverde de Campos.....	326
Cea.....	60
Ceinos de Campos.....	120
Cerecinos de Campos (Santa Marta).....	210
Cerezales de Rueda.....	167
Cervera de Pisuerga.....	
Ciguera.....	
Cillamayor.....	80
Cistierna.....	101
Colle.....	150
Colmenares.....	
Congosto de Valdavia.....	60
Corbillos de la Sobarriba.....	145
Corniero.....	105
Crémenes.....	90
Cuadros.....	15
Cuénabres.....	400
Cuenca de Campos.....	90
Felechas.....	30
Fontihoyuelo.....	
Fresno del Camino.....	100
Fuentes de los Oteros.....	120
Fuentes de Ropel.....	120
Galleguillos de Campos.....	90
Garfín.....	
Gordaliza del Pino.....	30
Gordoncillo.....	175
Gradefes.....	360
Grajal, Iglesia parroquial, Carmelitas Descalzas.....	100
Grandoso.....	350
Grulleros.....	
Huelde.....	150
Iteróseco.....	300
Joarilla.....	

Ledigos de la Cueva.	24
León, parroquias de la Ciudad.	80
León, varias Comunidades, Coleg. de Carmelitas, Hospicio, Seminario	1000
Lerones..	
Lodares..	
Lois..	
Lugueros..	8
Malillos de Oteros.	6
Mansilla de las Mulas.	100
Matadeón de los Oteros.	24
Mayorga..	30
Melgar de Abajo.	
Melgar de Arriba.	18
Moratinos..	15
Mozos de Cea.	9
Nava de los Caballeros.	12
Nava de los Oteros.	
Oceja..	2
Oseja de Sajambre	
Pajares de los Oteros..	12
Palazuelo de Torío.	105
Palazuelo de Vedija..	12
Pallide..	
Pedrosa del Rey.	18
Pobladura de Bernesga.	8
Polvorosa de Valdavia..	28
Portilla de la Reina..	216
Potes.	15
Pozo de Urama.	9
Pozuelo de la Orden..	12
Primajas..	3
Prioro.	400
Puebla de Valdavia..	15
Puente del Castro.	307
Quintana de Raneros.	18

	333
Relea.	90
Reliegos de las Matas.	225
Remolina.	60
Renedo y Castrillo de Valderaduey.. . . .	120
Renedo de Valdavia.	90
Revilla de Santullán.. . . .	450
Riaño.. . . .	210
Roales de Campos.	162
Rueda del Almirante.	218
Sabero.. . . .	390
Sahagún.	85
Sahelices de Mayorga.	
Salomón.	118
Las Salas.	199
Saldaña.	80
San Cipriano del Condado.	95
Sanfelismo.	
San Llorente del Páramo.	150
San Miguel del Valle.	135
San Nicolás del Real Camino.	120
San Pedro de las Dueñas.	80
Santa Eulalia de Valdeón.	180
Santa María del Monte-Condado	30
Santa María de los Oteros.	270
Santas Martas.	120
Santervás de Campos.	180
Santervás de la Vega.	
Santibáñez de la Peña.	300
Santo Toribio de Liébana.	210
Serna (La).	60
Siero.	60
Sobrepeña.	55
Sorriba.	
Soto de Valdeón.	78
Soto de Valderrueda.	
Tabanera de Valdavia.. . . .	

Tamariz de Campos.	20
Tapioles.	20
Tejerina.	21
La Unión de Campos.	12
Urones de Castroponce.	8
Vado.	9
Valbuena.. . . .	9
Valdavidia.	7
Valdemorilla.. . . .	15
Valdepolo.	54
Valderas, Iglesia Parroquial, Seminario.	7
Valdescorriel.	12
Valdespino Vaca.	6
Valdevimbre.	9
Valdoré.	20
Valdunquillo.	17
Valduviego.	8
Valporquero de Rueda.	9
Vecilla (La).	9
Vega de Almanza.. . . .	15
Vega de D. ^a Olimpa.	8
Vega de Ruiponce.	9
Vega de Villalobos.	15
Vegamian.	8
Velilla de Valdoré.	10
Verdiago.. . . .	28
Vidanes.	4
Villabalter.	9
Villabráz.	6
Villacalabuey.	12
Villacarralón.	18
Villacidaler.	5
Villacid de Campos.	24
Villacintor.	
Villacreces.	
Villada.	

Villaeles.	115
Villafrades.	60
Villalba de Guardo.	105
Villalba de la Loma.	60
Villalcón.	90
Villalmán.	77
Villalobar.	30
Villalón.	330
Villalpando.	320
Villaluenga.	105
Villamañán.	120
Villamarco.	150
Villamayor de Campos.	250
Villamelendro.	90
Villanofar.	60
Villanueva de Abajo.	
Villanueva de la Condesa.	178
Villanueva del Campo.	180
Villanueva del Condado.	180
Villanuño de Valdavia.	142
Villar de Fallaves.	80
Villarrobejo.	180
Villarodrigo de la Vega.	130
Villaselán.	
Villasila	102
Villavelasco.	210
Villaverde de Arcayos.	120
Villaverde de Sandoval.	
Villavicencio de los Caballeros.	360
Villavidel.	90
Villayandre.	
Villelga.	30
Villeza.	60
Villota del Duque.	
Yugueros.	90



**Asociación de Sufragios Mútuos del Clero
de la Diócesis.**

Núm. 5.

El día 13 de los corrientes falleció el M. I. señ.
D. Santos Castañeda, Canónigo de la S. I. Catedral,
habiéndose hecho constar que estaba inscrito en la As-
ciación, y que había aplicado las misas por los Socios de-
funtos, todos los Congregados celebrarán por él una
misa según Reglamento.

Han manifestado que desean pertenecer á la Asocia-
ción é ingresan en ella:

Núm. 1439=Lobo Calderón D. Gaudencio, con obligación
de aplicar *cinco misas*.

Núm. 1440=Llorente Diez D. Victorino, dentro del pri-
mer año de su ordenación.

León 24 de Mayo de 1910.—Dr Manuel González
Magistral Secretario.

